



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

88 Qvo Pacto Parrochi, A Svis Parochialibus subditis, vbi domicilium
mutare voluerint, pecunias emulgeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

substantiam tantum non absumant. Postq̄ enim altaris, baptis-
miciq̄ sacramenta administranda sunt, Primus, Septimus
Tricesimus, Anniuersariusq̄ dies peragendus, auricularis
confessio audienda, mortui sepeliendi; & quicquid deniq̄ res-
liquum est, quod ad vita functorum ceremonias obseruan-
das opere precium arbitrantur, id gratuito faciunt nequaq̄,
sed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum misera
plebecula, vel cum summo suo dispēdio præstare difficulter
potest, talesq̄ exactiones vsq̄ ad summum indies augent,
atq̄ accumulāt; nōnunq̄ quoq̄ excōmunicationis fulmine
ad soluendum adigunt; plerosq̄ etiam, quibus per inopiam
non licet ad celebranda vita functis obsequia, anniuersarios
& alias eius farinae ceremonias, cōpellere conantur.

VT OB MISSAS CANTANDAS ET LEGENDAS
pecuniam exigant.

- 87 Neq̄ hoc præteriri potest, quum non minimū sit, quo Ger-
mani præmantur, q̄ sacerdotes vnus diei missas, ad quas
alias foundationis, seu annuæ recordationis iure celebrandas
obligātur, non semel, sed quater, quinquies, pluriesue venun-
dant; vnaq̄ missa, duobus, tribus, aut plurib⁹ Ecclesiasticis
beneficijs satisfacere præsumunt.

QVO PACTO PARROCHI, A SVIS PAR-
rochialibus subditis, vbi domicilium mutare voluerint, pe-
cunias emulgeant.

- 88 Item, sicubi curate ecclesie subditus domicilium matrimo-
nij, seu alterius cuiuspiam negocij causa, in aliam transferre
parrochia, animo secum volutat, non prius migrandi licen-
tiam a parrocho impetrat, q̄ vbi pro testimonialibus literis
aureum numerauerit nummum; quem si soluere vel nolit,
vel ægestate pressus, non possit, sacramentorum interdicto,
donec satisfecerit, mulctatur. Ex hoc itaq̄, ac cæteris suprata-
ctis oneribus & grauaminibus facile deprehenditur, mirūq̄
in modum emicat, q̄ omnia Ro. Ecclesie sacramenta ijs, qui

opibus abundant, auro venalia sunt; reliquis vero quibus minimum suppetit nummorum, & iniquus est Plutus: ille diuitiarum deus; non impartuntur, sed penitus denegantur.

QVEMADMODVM SEPVLTVRAE IVS QVI
busdam mortuorum cadaueribus, magno sit cre redimendū.

Papalibus statutum est canonibus, vt is dumtaxat publi³⁹
ci iuris ecclesiastica denegetur sepultura, quos manifestis &
plane notorijs, mortalibus, vt vocant, peccatis, ex commu-
ni hac mortaliū sorte, absq; dominici corporis, sanguinisue
participatione migrasse compertum fiet. Verum ecclesiastici
non animaduersis talibus Pontificum decretis, forte fortu-
na, aqua suffocatos, gladio, ruina, vel incendio occisos, iugus-
latos, atq; vita casu functos, etiamsi non pateat, peccatis mor-
talibus obnoxij decesserint, necne, in ecclesiasticam tumulas-
re sepulturam, nō permittunt, quousq; tam iniquo fato mor-
tuorum vxores, liberi, amiciue, ab ipsis cimiterium non mo-
dico aere comparauerint.

VT PLERIQVE ECCLESIASTICI VITAM

laicam, planeq; rixosam agant.

Nec minus etiam Germanis molestum est, q̄ potior par²⁰
rochorum sacerdotum, monachorum, aliorumq; ecclesiasticis
corū pars, in diuerforijs, stabulis ac choreis, populorum tur-
bis se immiscent, in plateis item habitu minus decenti, vtpu-
ta gladijs, vestibusq; ludicris; praeterea rixis, iurgijs, litibus,
altercationibus laicos ad iram, & consequenter ad arma pro-
uocant, vulnerant, nonnunq; etiam confodiunt. Dein excom-
municationis fulmine miseros illos laicos, vel quos leserūt,
eiusq; diuexant, quousq; ad libitum suum laici se cum his
composuerint.

Item in locis plerisq; episcopi, & eorum officiales non
solum sacerdotum tolerant concubinatum, dummodo cer-
ta persoluantur pecunia, sed & sacerdotes continentis, & qui